1495

Joannes Albertus dei gra Rex Polonie supremus
Dux Lithwanie Russie Prussieque dominus et heres
Significamus tenore presencium universis presentium noticiam
habituris. Quia permoti peticionibus Famosorum proconsu-
lum et Consulum Civitatis nostre Gedanen consensimus
eis et admisimus tenoreque presencium admittimus villam
nram Selestri in districtu Lanzkonicy sitam de ma-
nibus nobilis Pauli de Lage in dicto districtu Gedanensi
in ea pecunie summa in qua sibi vel suis predecesso-
ribus per predecessores nostros iuste et legittime
inscripta est eximere per eosdem Consules predictam
villam Selestri tenendam habendam utifruendam et quiete
possidendam secundum effectum lrarum capitalium de
super confectarum usque ad plenariam solucionem
predicte summe in predictis lris contente iisdem
Consulibus per nos vel successores nros iuribus nris
per omnia semper salvis Harum quibus sigillum
nrum est appensum testimonio lrarum Datum
in Thorun feria quinta proxima post dominicam Judica
Anno domini Millesimo quadringentesimo nonage-
simo quinto Regni nri Anno tercio Relatio
Venerabilis Gregorii de Lubrancz R. P. Vice-
cancellarii

Compromiss Compromesso della [illegible]

1495

O